

EKSAMEN I LAT1401 Caesar HØST 2013

Oppgaven består av 2 sider.

Torsdag 10. oktober (4 timer) **Ingen hjelpemidler**

Alle spørsmål skal besvares

1.

Oversett fra *De bello Gallico* 1.42:

Cognito Caesaris adventu Ariovistus legatos ad eum mittit: quod antea de colloquio postulasset, id per se fieri licere, quoniam propius accessisset, seque id sine periculo facere posse existimare. Non respuit condicionem Caesar, iamque eum ad sanitatem reverti arbitrabatur, cum id quod antea petenti denegasset ultro polliceretur; magnamque in spem veniebat pro suis tantis populique Romani in eum beneficiis, cognitis suis postulatis, fore uti pertinacia desisteret. Dies colloquio dictus est, ex eo die quintus. Interim saepe ultro citroque cum legati inter eos mitterentur, Ariovistus postulavit ne quem peditem ad colloquium Caesar adduceret: vereri se ne per insidias ab eo circumveniretur: uterque cum equitatu veniret: alia ratione sese non esse venturum. Caesar, quod neque colloquium interposita causa tolli volebat neque salutem suam Gallorum equitatu committere audebat, commodissimum esse statuit, omnibus equis Gallis equitibus detractis eo legionarios milites legionis decimae, cui quam maxime confidebat, imponere, ut praesidium quam amicissimum, si quid opus facto esset, haberet. Quod cum fieret, non irridicule quidam ex militibus decimae legionis dixit: plus quam pollicitus esset Caesarem ei facere; pollicitum se in cohortis praetoriae loco decimam legionem habiturum, ad equum rescribere.

2.

Gi en språklig kommentar til følgende ord og uttrykk (bestem formen og forklar hvorfor den aktuelle formen er brukt):

Accessisset, veniebat, fore, adduceret, veniret, alia ratione, omnibus equis ... detractis, facto.



KANDIDATEN BES SKRIVE TYDELIG MED PENN

3.

Gjør om til direkte tale:

plus quam pollicitus esset Caesarem ei facere; pollicitum se in cohortis praetoriae loco decimam legionem habiturum, ad equum rescribere.